



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Laus à variijs artibus & scientijs: In qua delineantur primis veluti apicibus:  
capita quibus scientiæ & virtutes commendari solent: Grammaticus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

quemadmodum compatali, cum tecum in-  
 diam, tecum ferretur sitim, cum in illa medita-  
 tione campestri militaribus turmis imperato-  
 rium pulverem, sudoremque misceres, nihil à  
 ceteris, nisi robore, ac præstantia differens? cum  
 eminus libero Marte tela vibrares, nunc vibra-  
 ta susciperes, alacer virtute militum, & lætus,  
 quoties, aut cassidi tuæ, aut clypeo grauior  
 ictus incideret, laudabas quippe ipse ferien-  
 tes, hortabarisque ut auderent, & audebant  
 iam, cum spectator, moderatorque ineuntium  
 certamina virorum, arma componeres, tela  
 tentares, ac si quid durius accipienti videretur,  
 ipse vibrares. Sed quis diceretur attem milita-  
 rem extulit, quam Cicero in suo Pomp. pro le-  
 ge Manilia num. 28.

Quis igitur hoc nomine scientior vnquam,  
 aut fuit, aut esse debuit, qui è ludo, atque pue-  
 ritia disciplina, bello maximo, atque acerrimis  
 hostibus, ad patris exercitum, atque in  
 militia disciplinam profectus est? qui extrema  
 pueritia miles fuit summi Imperatoris? Ineun-  
 te adolescentia, maximi ipse exercitus Impe-  
 rator? qui sæpius cum hoste confixit, quam  
 quisquam cum inimico decertauit: plura bel-  
 la gessit, quam alij legerunt: plures prouincias  
 contexit, quam alij conceperunt? Cuius  
 adolescentia ad scientiam rei militaris, non a-  
 lienis præceptis, sed suis imperijs: non offen-  
 sionibus belli, sed victorijs: non stipendijs, sed  
 triumphis est traducta? Quod denique genus  
 belli esse potest, in quo illum non exercuerit  
 fortuna reip: Ciuile, Africanum, Transalpi-  
 num, Hispaniense, mistum ex ciuitatibus, atq;  
 ex bellicosissimis nationibus, feruile, nauale,  
 varia, & dispersa genera, & bellorum, & ho-  
 stium non solum gesta ab hoc vno, sed etiam  
 confecta, nullam rem esse declarant, in vno mi-  
 litari positam, quæ huius viri scientiam fugere  
 possit. Iam verò virtuti Cnei Pompeij, quæ  
 potest par oratio inueniri? quid est, quod quis-  
 quam aut dignum illo, aut vobis nouum, aut  
 cuiquam inauditum possit afferre. Neq; enim  
 illa sunt solæ virtutes Imperatoris, quæ vul-  
 gò existimantur, labor in negotijs, fortitudo  
 in periculis, industria in agendo, celeritas in  
 conficiendo, consilium in prouidendo, quæ  
 tanta sunt in hoc vno, quanta in reliquis Im-  
 peratoribus, quos aut audiimus, aut vidi-  
 mus, non fuerunt. Testis est, &c. De Cæ-  
 saris bellica peritia, vide  
 Sueton. 37.

Laus à varijs artibus & scientijs.

In qua delineantur primis veluti apicibus  
 capita, quibus scientiæ, & virtutes com-  
 mendari solent.

Grammaticus.

DE laude Grammaticæ legendus Ca-  
 pella lib. 3. Diomedes in epist. ad Atha-  
 nassium. Diodorus lib. 12. in Charonda  
 legibus. C. Suet. de illustribus Grammaticis,  
 & de Criticis. Mercur. 6. variat. cap. 19.

In Grammatico verò primum laudabuntur  
 inuenta, si quæ in literarum figuris, potestate,  
 vocum significatione, nominum expositione  
 prudenter excogitavit.

Secundò, documenta, si viua voce, si scri-  
 ptis, si vsu, & consuetudine hominum docue-  
 rit linguas, literas, authores.

Tertio, si quam purè loquatur, & scribat.  
 Quarto, si linguas multas, si præstantes, vt  
 Hebraicam, Græcam, Latinam calleat.

Quinto, si subtiliter etymologias arcessat à  
 fontibus, ambiguas, & obscuras, magna inge-  
 nij dexteritate illustret.

Sextò, si profunda in eo historicorum, &  
 poetarum lectio, si subtilitas in interrogando,  
 alacritas in disputando, prudentia in inter-  
 pretando. Grammatica enim, vt ait Philo, libr.  
 de Cherub. *πρωσικὴν ἐρουῶσα, ἔ παλαιῶν  
 πράξεων ἱστορίας μεταδιόχουσα.*

Laus Rhetoris, siue Oratoris.

PHILO eodem libro de Cherub, paucis Rhetoricam  
 omnem vim Rhetoricæ complexus est: quid? ex  
 Ρητορικῆ δὲ τὰς τὸν ἐκάστου δεῖνότη-  
 φιλωνα.

τὰς δευτέρας, καὶ πᾶσαν τὴν πρῶτην  
 ἐπιμνήσει, ἔφαρμόζουσα, τὸ νότον, καὶ περι-  
 παθητικῆς, καὶ ἐμπαλιν ἀνέτει, καὶ ἡδονῆς, καὶ  
 συμυλίας, καὶ τῆς περὶ γλώτταν, καὶ τὰ φωνη-  
 τήρια ὄργανα ὁπρὸς τὴν περὶ τοῦ βίου.

Exploret vim omnem dicendi, & vnicuique  
 argumento propriam accommodat elocutio-  
 nem: præterea contentiones, & affectus vehe-  
 mentissimos, & remissiones, & suauitates, &  
 delicatos lepores, & pronuntiationis artifi-  
 cium dispensat.

Laudabitur ergo Rhetor à partium enu-  
 mera-

Nnn

mera-